

BOLETÍN DEL CLERO DEL OBISPADO DE LEON

A NUESTROS PÁRROCOS

Venerables sacerdotes y amados hijos: Hace ya mucho tiempo que nos sentíamos inclinados á recomendaros la devoción al Sagrado Corazón y estimularos á organizar y promover su culto en las parroquias de nuestra muy amada Diócesis convencidos de proporcionar con esto á vuestra piedad el medio más adecuado para levantar el espíritu cristiano y avivar los sentimientos religiosos de los pueblos; al publicar hoy las letanías aprobadas por el Romano Pontífice y empezando ya el mes de Junio consagrado por la Iglesia al Deífico Corazón de Jesús, nos ha parecido llegada la ocasión más oportuna para satisfacer este deseo de nuestra alma, estimulando vuestro celo por la gloria de Dios y el mayor aprovechamiento de los fieles.

Conservada por la Iglesia en los inagotables tesoros que le confiara su divino fundador para ser la salvación del mundo, la devoción del Corazón de Jesús parece reservada para estos días de terribles pruebas y risueña y luminosa se presenta hoy á la faz del mundo como aurora de más venturosos tiempos. En su esplendorosa y fecundísima de grandes y sólidas virtudes ternura sus auras de vida aliento y esperanzas para los pobres cristianos doloridos

por la deserción de hijos ingratos apenados por la indiferencia y frialdad de los pueblos que nacieron y se formaron al calor de las enseñanzas divinas de la Iglesia de Cristo.

Todos vosotros sabéis los frutos de bendición que por do quiera ha producido esta Devoción Santa y nadie ignora que las ciudades y aldeas, las parroquias y las Diócesis y hasta naciones enteras han corrido presurosas á ponerse bajo el amparo y protección del Corazón Divino, buscando con avidez la fuente viva de la gracia que brota del costado abierto de Jesús Crucificado.

En ese Corazón amantísimo que consagró todos sus latidos á la salvación del hombre, que tuvo amor para todos los desgraciados y consuelo para todos los afligidos, que pasó por el mundo derramando bondades y misericordias; en ese Corazón generoso que tuvo perdón y gracia para los pecadores, caridad ardentísima para la Magdalena y afecto purísimo para miserables pescadores de Galilea; en ese Corazón en que tuvieron asiento y morada aquellos vehementísimos deseos de inmolarsé por nuestra salud, en que ardió aquel fuego divino que el Hijo de Dios trajo á la tierra para abrasarla y consumirla en el amor de Dios y se purificó aquella sangre inmaculada que fué vertida entre dolores cruentísimos y mortales angustias; en ese Corazón que tuvo lágrimas de dolor para la Ciudad Deicida y amor y caridad para sus propios verdugos y quiso ser abierto y maltratado después de exhalar el último suspiro; en ese Corazón Divino trono y altar de la Trinidad Beatísima y centro misterioso en que se unen y compenetrán los más elevados afectos del hombre y los más ardorosos rayos de la caridad de Dios; ese corazón todo amor y misericordia será donde encontraremos, amadísimos hijos, el fuego santo que enfervorice los corazones de los hombres y las ondas purísimas que laven y purifiquen la corrupción del pecado.

Si alguno tiene sed que venga y beba nos repite hoy desde los altares como en los días de su predicación gloriosa; y estas aguas celestiales que nos ofrece refrigeran á las almas fatigadas en las luchas de la vida y satisfacen al corazón sediento de paz y de gloria y alientan en nuestros pechos la fuente misteriosa cuyos raudales se extienden por los amenos campos de la Jerusalén del cielo.

Venid, pues, amados párrocos, á beber en el Corazón Sagrado de Jesús la fortaleza que habéis menester para pelear las batallas del Señor; venid vosotros y traed á los pueblos y ponedlos en comunicacion con este Corazón Divino y sentireis crecer y robustecerse vuestras fuerzas y vereis renacer las virtudes y huir avergonzado el vicio y la caridad cristiana abrasará nuevamente la tierra.

En qué mejor crisol podrán purificarse nuestros afectos y aquilatarse nuestras obras que en esta hoguera inextinguible de purísima caridad? ¿En dónde encontraremos un medio más eficaz y suave para mover á los fieles? ¿Quién será capaz de resistir al impulso dulcísimo de este soberano Corazón? ¿Qué dureza habrá que no ablande su incomparable ternura? Qué impureza que no lave su inmaculada purez, y que hielo que no se funda al calor ardentísimo de su caridad infinita?

Venid, venid, os diré con la Iglesia á buscar en él remedio á todas las necesidades que hoy sentimos y consuelo en todas las penas que amarguen vuestro corazón.

«Quicumque certum quaeritis
Rebus levamen asperis
Seu culpa mordet anxia
Seu poena vos premit comes:
Jesu, qui ut agnus innocens,
Sese immolandum tradidit,
Ad Cor reclusum vulnere
Ad mite Cor accedite.»

Seguros, amadísimos hijos, de que escucharéis las voces dulcísimas con que nos llama y penetraréis en el Costado de Cristo, alcázar incommovible de las almas puras y de todos los corazones santos y por experiencia habéis de notar cuán deleitoso y saludable es permanecer en tan agradable compañía, no dudo en repetir con San Bernardo, no volváis á separaros de Jesús y dad de mano á todos los placeres de la tierra para gustar más tranquilamente las delicias de esta gloria.

Veréis entonces cómo embriagados por el torrente de celestiales dulzuras que gustara vuestro espíritu, exclamais con el profeta: «El pajarito ha encontrado habitación y la tortolilla nido seguro donde abrigar á sus polluelos, vuestros altares Señor de las virtudes». Bienaventurados los que habitan en la casa del Señor; le alabarán por los siglos de los siglos.


Esperando, amadísimos hijos, que mi voz resuene en vuestros corazones y despierte en ellos los más ardientes afectos de amor y devoción al Corazón Divino, os bendice vuestro prelado en el nombre del Padre, del Hijo y del Espíritu Santo.

† EL OBISPO.

León 31 de Mayo de 1899.



El viernes próximo, Dios mediante, saldrá de esta Capital nuestro Excmo. Prelado con objeto de practicar la Santa Pastoral Visita en el Arciprestazgo de Oteros del Rey.



URBIS ET ORBIS

Sanctissimus Dominus Noster LEO PAPA XIII per Decretum Sacrorum Rituum Congregationis d. d. 27 Iunii superioris anni

Litaniae Sacratissimi Cordis Iesu adprobavit illasque publice recitari vel decantari in Ecclesiis et Oratoriis dioecesium Massilien. et Augustodunen. atque Ordinis Visitationis B. M. V. benigne indulxit. Ex eo tempore Romanorum Sacrorum Antistitum et religiosarum familiarum piarumque consociationum petitiones ita frequentes ad Apostolicam Sedem pervenerunt ut in omnium votis pateret esse maiorem gloriam et laudem ipsius Ssmi Cordis cum incremento pietatis per invocationes approbatas ubique diffundi. prout Ss. Nomen Iesu per Litaniae proprias. Rituali Romano insertas, in toto orbe catholico a Christianis fidelibus publica et communi laude celebratur. Accedit etiam quod Sanctissimus Dominus Noster pro devotione qua fervet erga Amantissimum Cor Iesu atque studio remedium afferendi malis quibus magis in dies premimur, eidem Sacratissimo Cordi consecrare intendit mundum universum. Haec autem consecratio ut solemniore ritu fiat, triduanas preces, praedictis invocationibus adhibitis, propediem indicere decrevit. Eapropter Sanctissimus Dominus Noster ut Litaniae Sacratissimi Cordis Iesu iam probatae et indulgentiae tercentum dierum auctae ubique terrarum tum privatim tum publice recitari et decantari in posterum valeat, concedere dignatus est. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 2 Aprilis 1899.

C. Episcopus Praenestinus Card. MAZZELLA
S. R. C. Praefectus.

L. ☒ S.

DIOMEDES PANICI, S. R. C. Secretarius.

LITANIAE DE SACRO CORDE IESU

Kyrie, eleison.

Christe, eleison.

Kyrie, eleison.

Christe, audi nos.

Christe, exaudi nos.

Pater de coelis Deus,

miserere nobis.

Fili, Redemptor mundi Deus,

»

Spiritus Sancte Deus,

»

Sancta Trinitas, unus Deus,

»

1. Cor Iesu, Filii Patris aeterni, »
2. Cor Iesu, in sinu Virginis Matris a Spiritu Sancto formatum, »
3. Cor Iesu, Verbo Dei substantialiter, unitum, »
4. Cor Iesu, Maiestatis infinitae, »
5. Cor. Iesu, Templum Dei sanctum, »
6. Cor Iesu, Tabernaculum Altissimi, »
7. Cor Iesu Domus Dei et porta coeli, »
8. Cor Iesu, fornax ardens caritatis, »
9. Cor Iesu, iustitiae et amoris receptaculum, »
10. Cor Iesu, bonitate et amore plenum, »
11. Cor Iesu, virtutum omnium abysus, »
12. Cor Iesu, omni laude dignissimum, »
13. Cor Iesu, rex et centrum omnium cordium, »
14. Cor. Iesu, in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae, »
15. Cor Iesu in quo habitat omnis plenitudo divinitatis, »
16. Cor. Iesu, in quo Pater sibi bene complacuit, »
17. Cor Iesu, de cuius plenitudine omnes nos accepimus, »
18. Cor Iesu, desiderium collium aeternorum, »
19. Cor Iesu, patiens et multae misericordiae, »
20. Cor Iesu, dives in omnes qui invocant Te, »
21. Cor Iesu, fons vitae et sanctitatis, »
22. Cor Iesu, propitiatio pro peccatis nostris, »
23. Cor Iesu, saturatum opprobriis, »
24. Cor Iesu, attritum propter scelera nostra, »
25. Cor Iesu, usque ad mortem obediens factum, »
26. Cor Iesu, lancea perforatum, »
27. Cor Iesu, fons totius consolationis, »
28. Cor. Iesu, vita et resurrectio nostra, »
29. Cor. Iesu, pax et reconciliatio nostra, »
30. Cor Iesu, victima peccatorum, »
31. Cor Iesu, salus in Te sperantium, »
32. Cor Iesu, spes in Te morientum, »
33. Cor Iesu deliciae Sanctorum omnium, »

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.
Ÿ. Iesu mitis et humilis corde.
℞. Fac cor nostrum secundum Cor tuum.

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, respice in Cor dilectissimi Filii tui et in laudes et satisfactiones, quas in nomine peccatorum tibi persolvit iisque misericordiam tuam petentibus, tu veniam concede placatus in nomine eiusdem Filii tui Iesu Christi qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus. Per omnia saecula saeculorum. Amen.

Concordat cum originali, a S. R. C. approbato die 27 Iunii 1898.

In fidem etc.

Ex Secretaria Sacrorum Rituum Congregationis, hac die 2 Aprilis 1899.

D. PANICI S. R. C. *Secretarius.*

— — — — —
F. S. R. UNIV. INQUISITIONE

Utrum hodie vitandi sint nominatim excommunicati, vel qui declarantur excommunicati sivi a Papa sive ab Epo; et utrum exinde incurratur excommunicatio minor (1).

BEATISSIME PATER:

Episcopus N. N., pressus a Clero suae Dioecesis, qui in collationibus casuum conscientiae difficultates plures movent circa interpretationem Bullae Pii IX *Apostolicae Sedis*, datae IV idus Octobris 1869, ad istas explanandas fidenter ad sacram et supremam Congregationem Universalis Inquisitionis recurrit authenticam responsionem efflagitando.

Nam in commentariis ad censuras contentas Articulis XVI et XVII inter excommunicationes latae sententiae R. Pontifici simpliciter reservatas occurrit sermo de excommunicatis vitandis, ac proinde de vigore Constitutionis Martini V *Ad evitanda scandala*, utrum nec ne hodie sint tantum vitandi qui nominatim excommunicantur a Papa, vel etiam tales habendi sint clericorum notorii percussores. Iterum utrum vitandi sint qui nominatim excommunicantur, vel nominatim excommunicati declarantur ab Episcopo Demum utrum qui communicat cum

(1) Ex illo decreto, quod uti sequens nondum fuerat in lucem editum, solvuntur quaestiones, usquemodo inter doctores disputatae.

excommunicato vitando, praeter casus in Bulla *Apostolicae Sedis* expressos incurrat nec ne excommunicationem minorem.

Doctores vero alii tum ex effato «legislator quod voluit expressit, quod noluit tacuit,» tum ex altero «odia sunt restringenda,» pro negativa sententia ratiocinantur: alii vero contradicunt, dictis rationum momentis tum a favorabili privilegio canonis, tum a juridica legislatoris voluntate. Ut in re tanti momenti anxietates tollantur, Episcopus orator humillime expostulat responsionem Pontificiam ad insequentia quatuor dubia:

I. Suntne vitandi qui nominatim excommunicantur sive a Papa, sive ab Episcopo?

II. Suntne vitandi qui nominatim declarantur excommunicati sive a Papa, sive ab Episcopo?

III. Suntne hodie excommunicati vitandi notorii Clericorum percussores?

IV. Qui communicat cum excommunicato vitando, praeter peccatum, incurritne hodie excommunicationem minorem?

Feria IV, die 9 Januarii 1884

In Congregatione Generali coram Emmis ac Rmis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus habita, propositis suprascriptis dubiis, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

Ad I et II. Affirmative ad normam Constit. Martini V, quae incipit Ad evitanda: hoc excepto quod communicantes cum excommunicatis vitandis hodie non incurrunt excommunicationem majorem, praeter casus comprehensos in Constit. Apostolicae Sedis IV idus Octobris 1869.

Ad III. Affirmative, ut supra, juxta laudatam Bullam Ad evitanda.

Ad IV. Detur Decretum fer. IV 5 Decembris 1883 in Petrocoren. quod ita se habet:

1. «Fere omnes Constitutionis *Apostolicae Sedis* s. m. Pii PP. IX commentatores docent, excommunicationem minorem, vi hujus Constitutionis, abolitam esse. Utrum haec sententia tuto doceri possit in suo Seminario?—Ad 1. EE. DD. respondendum decreverunt: *Affirmative, facto verbo cum SSmo.*»

Eadem vero die, in audientia a SS. D. N. Leone Div. Prov. Pp. XIII R. P. D. Assessori impertita SSmus D. N. resolutionem EE. ac RR. Patrum adprobavit et confirmavit.

I. Can. MANCINI S. R. et U. *Inquis. Not.*